



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Oratio De Svmmis Et Maximis Beneficiis Divinitvs Per
Electum Spiritus sancti Organon Dn. D. Martinvm
Lvthervm; beatæ memoriae**

Velius, Johannes

[S.l.], 1588

VD16 V 514

urn:nbn:de:hbz:466:1-35315



M
M
M


7

ndern noch
jen / Hoheim vnd Gre
Mans vnd Welbs pers
ten vier Clöstern / bey
werden / gestiffet vnd ve
Clöster Einkomen / an
verwendet. Item au
nung gemacht / d
sollen außgest
Item ehliche
prosen verord

So haben auch des
setzigen Landgraffen zu
vor der Prediger hinder
nicht wider frey
zugebrauchen v

Also hat au
ner Fürst vnd Herr /
schweig vnd Länb
Sohn / so baldt s. f. g
ters zur Landes Reg
wolgethan /
verehre Got
terhanen /
Amelungesborn / King
berg / Brawenhoff.


Vnd vber das die
Schul zu Helmstedt / gel



Jh. 1387.

Henricus Noid

Henricus 1223



ORATIO

DE SVMMIS

ET MAXIMIS BENEFICIIS DIVINITVS PER ELECTVM Spiritus sancti Organon Dñ. D. MARTINVM LVTHERVVM, beatæ memoriæ, postremo & ingrato huic mundo exhibitis.



Scripta, & Germanicè de verbo ad verbum ferè pro concione recitata Eimbecq̃ à

M: IOHANNES VELIO
ad S. Iacobum ibidem pastore.

Anno

M. D. XXCIIX.

ORATIO

DE SVMMIS

IN M. A. V. M. I. S. B. E. F. F.
C. I. S. D. I. T. I. T. V. E. R. A. L. L. E.
C. I. U. M. S. P. I. R. I. T. U. S. I. N. O. R. D. I. N. A. T. I. O. N. E. D. E. D. I.
M. A. R. T. I. N. I. S. E. V. A. N. G. E. L. I. S. T. R. A. T. I. S.
S. I. S. I. N. O. R. D. I. N. A. T. I. O. N. E. P. E. T. I. T. I. O. N. I. S. I. N.
S. I. S. I. N. O. R. D. I. N. A. T. I. O. N. E. P. E. T. I. T. I. O. N. I. S. I. N.
E. X. H. I. B. I. T. I. S.



S. P. I. R. I. T. U. S. S. A. N. C. T. U. S. D. E. P. A. T. R. I. S.
P. A. T. R. I. S. I. N. Q. U. I. B. U. S. S. E. D. E. C. E. L. I. S.
I. N. T. O. T. I. S. S. E. N. T. I. A. S. I. N. Q. U. I. B. U. S.
N. O. S. I. N. O. R. D. I. N. A. T. I. O. N. E. P. E. T. I. T. I. O. N. I. S. I. N.

ANNO

M. D. C. C. C. I. I. I.

CLARISSIMIS,

DOCTISSIMIS, ET PRVDENTIS-
simis viris, Pietate, Eruditione, Prudentia, & omni
virtutum genere præstantissimis, Domino Ioachimo
Brandes seniori, Consuli Reipublicæ Hildesianæ am-
plissimo, & Domino M. Henrico Matthæi, & Do-
mino Ioachimo Brandes Iuniori, eiusdem Reipublicæ
Senatoribus lectissimis, nec non Domino Iohanni
Brandes I.V. Doctori ornatissimo, Dominis, ami-
cis & Mecœnatibus suis omnibus & singulis
reuerenter in Christo co-
lendis.



Alutem & gratiam ab ipso
Filio Dei Domino & Imma-
nuele nostro Iesu Christo.
Clarissimi, doctissimi, & or-
natissimi viri, inter alia eaq;
varia & innumerabilia be-
neficia, quibus Deus æternus,
pater Domini nostri Iesu
Christi, pro sua ingenti qua erga nos miseros, & hu-
mi repentis vermiculos est φιλαργωπία & bonita-
te, hac postrema mundi ætate, Germaniam patriam
nostram affecit, summum & maximum, imò planè
inenarrabile hoc esse arbitror, quod non tantū claris-
simam sui verbi lucem in ea exoriri, & ex illa in to-
tum orbem terrarum propagari voluerit: Sed etiam

A 2

quod

PRÆFATIO.

quod multos excellentes viros, & fidelissimos sacrarum literarum interpretes, pietate animi vera, eruditione solida, præcipuarum linguarum cognitione exacta, orationis genere puro & perspicuo, methodi artificio singulari, multiq; alijs Spiritus sancti donis instructos & ornatos, benignè & clementer eidem largitus sit. Si enim quod res est fateri volumus ipsi, habuit certè, & etiamnum habet Dei beneficio in præcipuis incorruptæ Augustanæ confessionis scholis & Ecclesijs, tales Germania Theologos, qui non immerito cum antiquissimis & præcipuis veteris Ecclesiæ scriptoribus & luminibus conferri, imò etiam pleriq; longè præferri possunt, id quod præclara ipsorum scripta, quæ in omnium manibus versantur, tam didactica quàm polemica, quibus Ecclesiæ Christi utiliter seruiuerunt, satis testantur abundè. Etsi autem hæc nostrorum Theologorum scripta nullo modo abiicienda, vel aspernanda, sed grata mente, magnoq; cum fructu & utilitate, omnibus veræ & syncerioris Theologiæ studiosis, euoluenda esse censeam, meoq; loco pro ipsdem & Deo & ipsis authoribus omnibus & singulis gratias agam, acturusq; sim quam diu vixero, maximas: Vnius tamen Beati Lutheri, id quod pace omnium bonorum dictum velim, diuina monumenta reliquis omnibus præferenda esse arbitror. Verè enim vt clarissimus vir, Dominus Michael Neander scriptum de eo reliquit, fuit ille, $\chi\rho\iota\varsigma$ $\sigma\omicron\mu\alpha\phi\acute{\omega}\sigma\phi\omicron\rho\rho$ $\epsilon\theta$ $\kappa\alpha\iota$ $\theta\epsilon\omicron\varsigma$ $\tau\iota\varsigma$ $\theta\epsilon\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\rho$ $\acute{\alpha}\mu\phi\acute{\omicron}\pi\epsilon\rho\omicron\rho$ $\xi\eta\tau\eta\varsigma$ $\tau\omicron$ $\acute{\alpha}\gamma\alpha\theta\omicron$

PRÆFATIO.

ἀγαθὸν κρείττερον τῷ ἀχμῆτι, ἔτι δὲ οὐκ
 γένοιτο, οὐτ' ἄρ' ἤσοιτο μάλλον ἰκανῶς ἐρ-
 μιλῶσαι καὶ σαφῶς δηλώσαι τὰ θεῖα. Et
 certus sum, ut Domini D. VVelleri verbis utar, nun-
 quam exoriturum esse, qui eum felicitate docendi, ac
 dexteritate interpretandi scripturam sacram, & spi-
 ritu, victurus sit, nec vereor ipsum, quo ad dona &
 certamina pertinet, cum Apostolo Paulo conferre,
 certè diuina sua eloquentia ipsum vas electionis supe-
 rare videtur. Cumq; verè de scriptis huius viri af-
 firmari possit illud Samsonis, nisi arassetis vitula mea
 nō inuenissetis, Ideo etiā maiori diligentia, post sacra
 Biblia, huius Herois scripta legenda & relegenda esse
 firmiter omninò statuo, & cum clarissimo Poëta Ge-
 orgio Fabricio piæ memoriæ dico:

Inter Theologos est gloria prima Lutherus,

Nam Christi merito nemo magis tribuit.

Huic par est nullus: placeat non degener eius

Discipulus: cui laus contigit ista: sat est.

Scio equidem multos esse, qui licet sibi egregiè
 sapere, καὶ ἡλῶς φιλοσοφῆν, καὶ ἀγνῶς θεολο-
 γῆν videantur, libros tamen Lutheri non aded ma-
 gnifacere, cumq; vix primis labris, quod aiunt, eadem,
 vnam aut alteram pagellam vel obiter, quasi per tran-
 sennam perlegendo, degustarint, longè ipsis Caluini,
 Bezae, Ursini, Rami, & similibus Sacramentariorum
 τοῦ θεοῦ θεῶν πρὸς Iesu Christi hostium, scripta præ-
 ferre solent. Imò multorum tantam in iudicando esse

PRÆFATIO.

malevolentiam non ignoro, vt summa cum leuitate
 & impudentia effutire non vereantur, in scriptis Lu-
 theri nullam esse methodum, nullum esse ordinem, ni-
 hil deniq; artis, loqui & scribere Lutherum sine arte,
 sine Dielectica & Rhetorica, ideoq; à lectione libro-
 rum Lutheri sese abstinere, & alijs abstinendum esse
 etiam, censere. Quasi verò Spiritus sanctus cum sua
 grandiloquentia semper ad præcepta artium sese alli-
 gari patiatur. Quod si istiusmodi scioli & αὐτοδι-
 δακτοι, qui vix matulam Luthero viuo porrigere po-
 tuissent, remoto perspicillo penitus Lutheri scripta
 aspiciere non grauabuntur, tantū in illis artis, tantum
 methodi & ordinis, tantum ornatus & eloquentiæ
 vbiq; deprehendent, vt etiam mirari satis non pote-
 rint, & sui ipsos iudicij & pigeat & pudeat.

Ego sanè vt meo loco non tantum auditores
 meos, quos beatum Lutherum verè amare scio, sed
 etiam studiosam scholæ nostræ iuuentutem, multosq;
 in vicinia nostra fratres & pastores, deniq; me ipsum
 ad assiduam & diligentem librorum Lutheri lectio-
 nem adhortarer & exuscitarem, hanc orationem satis
 equidem tenuem scripsi, & Germanicè ferè de verbo
 ad verbum pro concione recitavi. Cumq; eam me
 etiam aliquando mortuo tanquam testimonium meæ
 fidei & doctrinæ, quam, post Deum, ex beati Lutheri
 diuinis monumentis accepi, didici, & hausi, publicè
 extare cupiam, petentibus & suadentibus amicis qui-
 busdam, quorum authoritati morosè refragari meum

PRÆFATIO.

non est, Typographo typis excudendam eandem tradidi, & testificor illa ipsa, coram tota Iesu Christi in terris militante Ecclesia, Das ich gut Lutherisch sey / vnd durch Gottes hülffe gut Lutherisch bis in meine Gruben / sein / bleiben vnd erst sterben wölle / rumpantur licet ilia Códris.

Vobis verò clarissimi & ornatissimi viri, Domini & Mecænates plurimum colendi, orationem hanc satis equidem tenuem, simplici etiam & humili orationis genere conscriptam, dedicare & sub felici nominis vestri auspicio in publicum emittere volui, cum pro certò sciam, vos Dei beneficio & Lutherum ipsum tanquam singulare Dei organon, & Eliam Germaniæ nostræ vltimum, verè & ex animo amare, & depositum syncerioris doctrinæ, quod ab ipso per Dei gratiam quasi per manus traditum accepimus, fideliter vestro loco custodire, & vt ad posteritatem, si qua tamen futura est, tam in schola quàm in Ecclesia vestræ vrbis, purè & syncerè transmittatur, pro virili, ratione officij vestri curare & iuuare.

Deinde, negare non possum singularia, eaq; minimè contemnenda beneficia à vobis collata in me esse, ex quibus præcipuum hoc esse verè & ingenuè fateor, cuius etiam quo ad vixero nullo vnquam tempore grata memoria animo meo effluet, quod videlicet superiori anno, rebus meis in periculoso & turbulento satis statu hærentibus, vestra, post Deum, potissimum autoritate effectum sit, vt in locum Reuerendi & optimi viri D. M. Heisonis Sengebeer ad S. Andream

PRÆFATIO.

apud vos felicis memoriæ concionatoris fidelissimi, legitime præter omnem spem & expectationem vocatus sim. Eam sanè vocationem, diuinitus oblatam, ambabus, quod aiunt, manibus amplexus fuissim, si modo bona cum conscientia & pace à meis dimitti hîc potuissim. Vt enim quod res est dicam, erant id temporis ex ignobili vulgo non pauci, qui me manibus pedibusq; constrictum ad Garamantas vsq; in exilium eijciendum clamabant, saniorum tamen consilijs & moderatione islæ quasi clamantium conspirationes, & coniuratorum clamores paulatim cum reprimerentur & sopirentur, nullo modo bona cum conscientia & pace ab ijs, penes quos, post Deum, ista potestas erat, dimissionem impetrare potui. Etsi itaq; Domino sic volente hoc in loco & statione mea manendum mihi fuerit, multis interim frementibus, cœlumq; terræ miscere volentibus, mirandam tamen Dei protectionem & bonitatem, lucidè non obscure expertus sum in hodiernum vsq; diem, & sæpius cum Poëta in ipsis tribulationibus cecini:

Terra fremat, regna alta crepent, ruat Orcus & ortus,

Cui comes est Christus, nulla ruina nocet.

Vt igitur pro isto in me summo collato beneficio, animi mei gratitudinem erga vos aliquo modo declararem, hanc ad vos orationem mittere visum fuit. Splendidiori munere vos maximè dignos esse non nego, sed tamen bona me spes habet, vos propter ipsum Lutherum hoc qualecunq; chartaceum munusculum tanq; testimonium gratæ mentis, & pietatis animi mei er-

PRÆFATIO.

ga vos, amicè & benignè, sicuti etiam vehementer rogatos vos velim, accepturos. Dignus profectò erat Magnus ille Lutherus, vt beneficia nobis per illum diuinitus collata, & labores ipsius plusq̃ Herculei, ab alijs me longè doctioribus describerentur. Veruntamen cum quod potui fecerim, Deo, & omnibus bonis & cordatis hanc meam quantumuis tenuem oratiunculam probatum iri non diffido. Nemini eam obfuturam, profuturam verò multis spero. Momus, quibus tantum sui quos progignunt cerebri fœtus placent, quiq̃ in aliorum laboribus censendis toti sunt oculati, in proprijs verò dyudicandis talpis cæciores, moror omninò nihil. Accipite itaq̃ clarissimi viri hosce meos qualescunq̃ conatus hilari animo, & fronte serena, meq̃ sicuti cœpistis, amare pergite. Quod si à vobis obtinero, sicuti confido maximo me beneficio affectum arbitrabor, & vicissim vobis pro ista vestri in me animi pietate & benevolentia non modò meas preces, sed etiam quæ mihi sunt pietatis & humanitatis studia & officia in vniuersum offero & defero omnia. Benè & feliciter cum honestissimis coniugibus & liberis dulcissimis in Christo valete. Dabantur Eimbecæ ex Musæolo Iacobino, ipso die Calend. VIIbris, Anno CID. ID. XXCVII.

V. Humanitatis

Reuerenter colens

M. Iohannes Velius ad S.
Iacobuum pastor.

A S

ORATIO

I
ORATIO
DE SVMMIS
ET MAXIMIS BENEFICIIS
DIVINITVS PER ELECTVM
Spiritus sancti Organon Dñ. D.
MARTINVM LVTHERVVM; be-
atæ memoriæ, postremo & in-
grato huic mundo
exhibitis.

Anno
1586.



N NVS hic est centesimus & tertius post-
q̄ hac ipsa die, quæ
decima est mensis
Nouembris, & vigi-
lia Martini Episcopi
Thuronensis, singu-
lari Dei bonitate &
prouidentia in huius mundi lucem Isle-
biæ in Comitatu Mansfeldico natus est
reuerendus & incomparabilis vir Dñ D.
MARTINVS LVTHERVS sanctæ me-
moriæ, Theologus summus, & syncerioris
doctrinæ Christianæ restaurator felicif-
simus. Cum igitur de hoc viro summo, &
maximis beneficijs, quæ Deus ex im-
mensa bonitate, & ineffabili planè mise-
ricordia, per eundem, senescenti huic, sed
heu nimis ingrato, imò planè deliranti
mundo

mundo exhibuit, dies ipsa me admonu-
isset, precium operæ facturum me arbi-
tratus sum, si de hoc ipso viro Dei, & be-
neficijs diuinitus per illum exhibitis pu-
blicè hoc in loco aliquid dicerem. Idq̃
eam potissimum ob causam, vt non tan-
tùm mentes nostræ accendantur ad ma-
iorem erga Deum gratitudinem, pro di-
uinitus per hunc virum Dei, luce verbi
sui reuelata: sed etiam vt maiori studio
& diligentia in hac ipsa luce dum eam
habemus, ne fortè nos aliquando tene-
bræ comprehendant, ambulemus, & diui-
na huius heröis monumenta fideliter as-
seruando posteris nostris relinquendo
quasi per manus tradamus, nec non ma-
iori illa diligentia legendo & relegendo
euoluere studeamus.

Vt autem & meipsum intra certos
limites, & dicendi cancellos contineam,
& vobis, optimi auditores, quos beatum
Lutherum verè amare scio, crassiori,
quod aiunt, Minerua, singula quasi ob
oculos ponendo lucidè non obscurè ex-
ponam, delegi potissimum eam ad rem
maximè memorabilem historiam veteris
instrumenti de educatione populi Israëli-
tici ex Aegypto. Collatione enim huius
nostri & illius temporis accurata & dili-
genti instituta, quid & quantum à beato
Luthero

Luthero diuinitus excitato acceperimus, manifestè satis videbimus. Vos itaque optimi auditores, vt ea animi æquanimitate & beneuolentia, qua per annos fedecim ex hac ipsa cathedra, scripta Prophetica & Apostolica, simpliciter vobis declarantem me audiulistis, hac ipsa etiam hora, de hoc præclaro Spiritus Sancti organo pueriliter differentem audire nõ grauemini, etiam atq; etiam vehementer rogatos volo.

Descriptit sanè Spiritus sanctus passim in libris veteris & noui instrumenti, tam in scriptis Moyfis, qui verè fuit vir Dei, & dux Chori Prophetici, quam in reliquorum Prophetarum, Euangelistarum & Apostolorum monumentis, multas historias Sanctorum, quæ non modò humanam eloquentiam omnem longè superant: Sed etiam omnium piorum admiratione & cognitione dignissimæ sunt, propterea quod & doctrinam grauissimam & consolationem omnibus temporibus maximè necessariam nobis proponant. Nulla enim est historia in sacro Bibliorum codice, quæ non propter aliquam insignem vtilitatem, doctrinam & consolationem scripta sit, sicut vniuersaliter Paulus de tota scriptura inquit, Roman. 15. Quæcunq; præscripta sunt
ad

ad nostram doctrinam præscripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.

Vt autem de alijs in præsentia, quæ innumerabiles ferè sunt, historijs nihil dicam: Quid quæso admiratione magis dignum est ipsa totius mundi & omnium creaturarum visibilium & inuisibilium creatio, primorumque parentum historia? Quid magis horrendum dici, scribi, aut cogitari potest ipso diluuiò, quo vniuersa totius generis humani multitudo opprimitur, non nisi octo animabus seruatis? Quid tristius est deletionè Sodomæ & Gomorrhæ, quæ igne & sulphure cœlitus immisso conflagrârunt? Quid miserabilius immolationè Isaac, & venditionè Iosephi? Quem denique non vehementer afficerent dulcissimæ narrationes, de miranda protectione & defensione Nohæ inter aquas diluuij, Lothi habitantis apud Sodomitas, Danielis in lacu leonum, trium puerorum in fornace Babylonica, & similes quamplurimæ. Profectò si omnium hominum eloquentia in enarratione harum historiarum consumeretur, non tamen profunditatem sapientiæ, quæ in ijs continetur, exhauriri posse arbitror.

Quemadmodum autem præ reliquis

quis stellis omnibus, quibus Deus cœlum mirificè exornauit, Solem sua magnitudine & motu suo etiam lumine & efficacia, qua gratissimas temporum quadripartitas vicissitudines efficit elucere videmus: Ita præ omnibus veteris instrumenti historijs maximè memorabilis est hæc, de qua paulò antè mentionem feci, historia liberationis & educationis populi Israël ex Aegypto. Est enim verè, vt D. Philippus ait, hæc ipsa historia, omnium historiarum, omnium ætatum à principio mundi, vsq; ad finem, excepta ipsa Christi passione & resurrectione longè maxima. Proponit enim lucidè non obscurè, tanquam in tabella ob oculos, imaginem Ecclesię omnium temporum, & maximorum etiam miraculorum & mutationum, quæ omnibus ætatibus in Ecclesia Dei contingere solent. Non itaq; immeritò D: Augustinus Moysen ministrum veteris, & Prophetam noui Testamenti appellat. Et D: Paulus I. Cor. 10. in hanc ipsam historiam, & gloriosas, easq; varias, huius populi liberationes, nec non horrenda pœnarum exempla, aliasq; mutationes in hac ipsa historia, intuens inquit: Hæc autem figuræ nostri fuerunt, scripta verò sunt, propter admonitionem nostri. Vtrunq; sanè comple-

plectitur Apostolus: Eundem scilicet re-
rum statum, eadem mutationes, eundem
verbi contemptum, eandem pro reuela-
ta luce verbi ingratitude, & alia id
genus peccata in Ecclesia noui Testamen-
ti, pro vt in tristissima illa seruitute, &
durissima captiuitate, nec non gloriosa
liberatione populi Israël in veteri Testa-
mento fuere, subsequutura: Et grauissi-
mas quoque poenas in Ecclesia noui Testa-
menti propter admessa eiusmodi scelera
& peccata vt in veteri Testamento fa-
ctum, grassaturas esse. Quod vt magis
perspicue videamus collatione tempo-
rum & euentuum instituta, paulo altius
quædam repetenda erunt.

Et si itaque filij Israël viuente Ioseph
& rege suo Pharaone pio, omnem bene-
uolentiam, nec non omnia pietatis & hu-
manitatis officia ab ipso rege & subditis
eius experti essent, tamen cum non longo
tempore post mortem Ioseph, reges A E-
gyptij abiecta puriore doctrina, quam à
Ioseph quasi per manus traditam acce-
perant, rursus Idola colerent, & artes
magicas amplecterentur, non diu enim
homines lucem veritatis cœlestis retinet,
nisi diuinitus seruetur: tantus diaboli fu-
ror in regibus Aegyptijs contra populū
Dei exarsit, vt omnem regni sui vim &
conatum,

I.

conatum, nil nisi ignem & fulmina spirantes, in perniciem huius populi dies noctesq; pararent, atque meditentur. Nihil enim deliberatius fuit, quam uniuersum semen Abrahæ quacunq; ratione possent, radicitus extirpare, & funditus delere. Tristissima itaq; seruitute eos oppresserunt, & durissimis laboribus luti & laterum, omniumq; operum rusticarum duriter ipsos exercentes, vitam etiam eorum acerbissimam ipsis reddiderunt. Deniq; cum tentassent omnes vias premendi & delendi populi huius, tandem edicta crudelissima, non atramento, sed sanguine scripta de recens editis infantibus & necandis & exponendis proposuerunt. Hæc tristissima calamitas, quæ totis annis octoginta à nato videlicet Moysè usq; ad exitum ex Aegypto durauit, maior est quam ut ullius oratione disertissimi etiam Rhetoris exponi queat, imò talis, ut nemo etiam sanæ mentis homo sine lachrymis, & vehementi cordis consternatione, eam vel legere vel audire possit. Ad hanc per sese satis atrocem crudelitatem, pijs Israëlitis longè accessit alia calamitas. Aegyptij enim non modo puriorem, & veram de Deo doctrinam, cultusq; diuinos omnes abiecerunt & ex alto deriserunt: Sed totam etiam
religi-

religionem cum omni cultu Dei radicitus extirpare conati sunt. Tempia & scholas, in quibus pij Israëlitæ veram doctrinam sonabant, & cultus religiosæ pietatis exercebant, vnâ cum ipsis Doctõribus tollere & euertere, dies noctesq; summo & indefesso studio quæsiuerunt. Imo miserrimè oppressi Israëlitæ quotidie abominandam illorum idolatriam aspicere, horrendas ipsorû blasphemias audire, Ethnicis illorum sacrificijs interesse, coacti sunt, qua seruitute satis tristi, calamitatem huius populi supra modum auctam esse, omni vero verius est. Quid enim pijs mentibus amissione veræ doctrinæ, templorum & scholarum ruinis, piorum doctorum nece calamitosius accidere potest?

Interea verò dum hæc atrocissima crudelitas, quæ humano consilio discuti non poterat, in populum Israel exercetur, lachrymis & precibus, imo veris & ardentissimis cordis gemitibus & suspirijs, tanquam omnium præstantissimis Ecclesiæ armis, miseri & oppressi Israëlitæ ad Deum assiduè clamantes, liberationem ex hac iniquissima vitæ conditione, vel saltem mitigationem præsentium ærumnarum, vindictam interim Deo

B

juxta

II.

juxta ipsius mandatum, committentes,
petiuerunt.

XII.

Quapropter cum Deus sese non ociosum præbeat spectatorem calamitatum Ecclesie, sed multo acrius ad salutem quam diabolus ad perniciem nostram vigilet, & multo audior sit ad audiendum quam nos ad clamandum, imò longè promptior sit in dandis quæ bona sunt, quam nos sumus in rogandis, ideo gemitus, preces & suspiria Israëlitarum, clementer, laborem & dolorem eorum considerans, respexit & audiuit, & misit ipsis præstantissimum & clarissimum virum Moysen, virum, inquam, ab ipso Spiritu sancto heroico pectore, ingenti fide, spe non dubitante, & multis alijs præclaris & excellentibus, adeoq; verè heroicis virtutibus ornatum & instructum. Et licet educationem huius populi ex Aegypto, nec Scipio, nec Hannibal, nec Alexander ille magnus suscipere, vel aggredi, multo minus perficere potuisset: ipse tamen Moyses ad mandatum Dei, ipso etiam Filio Dei Domino nostro I E S U Christo duce & comite, ingentem hanc populi huius multitudinem, ex Aegypto, invito & repugnante non tantum rege ipso, sed etiam omnibus diabolis, mirabiliter

biliter & gloriosè per aquas maris rubri,
Pharaone rege cum maxima & florentis-
sima parte hominum totius regni Aegy-
ptiaci miserimè in mari rubro deleto,
eduxit.

Et si verò Israëlitæ per mare rubrum
educti ex tristissima seruitute & durissi-
ma captiuitate iam liberati, adeoq; Mo-
yses ipse ignari locorum & viarum fue-
rint, attamen Filius ipse Dei mirabiliter
ipsum in deserto totos annos quadraginta
duxit, interdium nube textit, noctu lucen-
tibus flammis circumdedit, & quod om-
nium hominum admiratione dignissi-
mum est, cum in deserto non tantum fa-
me laborarent, sed etiam propter defe-
ctum fontium & fluminum siti contabe-
scentes, subitò Deus precibus & gemitibus
Moysis victus, è petra, quam Moyses
de mandato ipsius feriebat, ingens aqua-
rum flumen effudit, manna de cælo spar-
sit, magnam vim coturnicum in castra
misit, & sic mirabiliter ingentem illam
multitudinem aluit. Et ne omnia, quæ
innumerabilia sunt, beneficia huic popu-
lo à Deo exhibita, persequi videar, ma-
gnum sanè beneficium est, quod Deus ex
arcana sua sede prodiens, quinquagesima
post primum Pascha die, in monte Sinai,

inter tonitrua & fulgura horrenda, sua voce Decalogum promulgavit, & postea cultus diuinos instituit, Leges Forenses præscripsit, & tandem deletis triginta & vno regibus, duce Iosua ipsos in terram maioribus olim pmissam introduxit. Et licet Deus sæpius justissimas & grauissimas causas, ppter peccata multiplicia, & detestandam ingritudinem reiiciendi hunc populum habuerit: precibus tamen & intercessione Moysis, qui etiam anathema pro hoc populo fieri voluit, quasi victus ipsis clementer pepercit, & pœnas quas sibi noxijs accersierant vltro consilijs malis, mitigauit. O admirabilem & penè incredibilem vim amoris diuini erga hunc populum: Ego sanè quoties hanc ingentem *φιλαυθροπίαν* & *χρηστότητα* Dei erga hunc populum tacitus mecum considero, memetipsum continere non possum, quin cum Propheta regio Dauidae exclamem: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

Psal. 147.

v.

Quamuis verò Israëlitæ horum summorum diuinitus in se collatorum beneficiorum, memoriam nunquam intermorituram conseruare, Deoq̄ quantas potuissent toto pectore concipere,
gratias

gratias agere maximas, & eidem omni-
 bus vitæ suæ diebus in perpetua obedi-
 entia, iustitia & sanctitate seruire debuif-
 sent: attamen cum nihil citius fenescat,
 quàm acceptorum beneficiorum memo-
 ria, *παλαιὰ γὰρ ἐνδεῶ χάρις ἀμνάμους Ἰ-
 βροτοί*: Ideo & Israëlitæ citò horū ingen-
 tium beneficiorum, & miraculorum o-
 mnium obliti, tanquam populus duræ
 cervicis, non modò erga ipsum Deum
 inobedientes fuerunt, & abominanda
 idololatria, turpissimis & maximè hor-
 rendis omnis generis peccatis, scortatio-
 ne, luxu, crapula, & alijs, sese polluentes,
 horribili fremitu contra Deum murmu-
 rauerunt, & licet mediocrem copiam vi-
 ctus mannae & coturnicum haberent, ta-
 men præsentia bona & dona Dei fastidi-
 entes, molestias & labores itineris æger-
 rimè ferendo, ollas & carnes Aegypti
 expetiuerunt: Sed etiam quod longè
 maiori admiratione dignum, sæpius vo-
 ciferati sunt se non Deo duce, sed Moyse
 Tyrannide ex Aegypto eductos, Moysen
 qui tamen optimè de ipsis meritus erat,
 impostorem & saxis obruendum esse. Imò
 cum plerunq; id hominibus accidat, vt
 eo recurrant, & id cupidissimè petant,
 quod paulò antè contempserant, ideò

Israëlitæ ex sua sapientia nouum ducem eligere volunt, à quo in Aegyptum reducantur. O horrendam & plus quàm diabolicam ingratitude.

vi.

Sed Deum immortalem, quæ huius tantæ ingratitude causa? Ego sanè quantum conijcere possum, duas huius rei causas esse puto.

Math. 19.

Primò constat ipsa sacra scriptura attestante, verbum Dei esse verbum crucis, perpetuò enim assiduum comitem sibi adiunctum habet sanctam crucem, iuxta illud Christi, Matth. 16. Qui vult meus esse discipulus, abneget se ipsum, & tollat suam crucem, & sequatur me. Iam verò omnes natura tam sumus deprauati, vt maiori afficiamur earum rerum cura, quæ ad hanc terrenam & caducam, quam quæ ad illam cœlestem & eternam vitam pertinent. Sunt enim filij huius seculi prudentiores in natione sua, filijs lucis.

Luc. 16.

Quamdiu igitur, omnia ex animi sententia felici successu, vteunq; fluunt, ita vt in pace victum & amictum, & omnium rerum copiam habeamus, etiam si interim non exigua aliqua seruitus, cū iniquissima vitæ conditione permixta, ferenda sit: tamdiu vteunq; verbo & cultui diuino adhæremus. Quam primum
verò

verò ijs, quæ ad hanc miseram & ærum-
 nosam vitam pertinent destituimur, ita vt
 & fame nobis sit laborandum, & siti con-
 tabescendum, omniumq; rerum summa
 nos premat inopia & penuria: tum vt
 plurimum verbo & cultui diuino valedi-
 centes, caduca huius vitæ bona, æternis
 illis longè anteferre solemus, cumq; inter
 duo mala vnum sit eligendum, prudenter
 admodum nos facere arbitramur, si
 quando iniquissimas & durissimas quas-
 q; vitæ conditiones etiam cum amissio-
 ne lucis diuinæ & æternæ salutis iactura
 coniunctas, eligamus & accipiamus,
 modò ijs, quibus ad benè saginandum
 ventrem & cuticulam satis lautè curan-
 dam opus est, non omninò carere cogamur.
 Id quod lucidè non obscurè historia
 Gadarenorum, Math. 8. testatur. Illi
 enim Epicuri verè nati de grege porci,
 porcis suis in posterum ne carere cogantur,
 Christum saluatorem dulcissimum
 cum sacro sancto suo Euangelio, non sinè
 æterna animarum suarum damnatione è
 finibus suis discedere, & longissimas in
 oras abire malunt. Ad eum fanè mo-
 dum & nostri Israëlitæ licet in deserto
 verbum, & cultum Dei, & mediocrem vi-
 ctum haberent, ipsiusq; Dei mirificam

Math. 6.

præsentiam quotidie experirentur: attamen cum non omnia ex animi sententia ad ingenium ipsorum fluerent, & jam fame & siti laborarent, aliasque molestias itineris & labores sustinerent: obliti omnium, quas antea perpessi erant, ærumnarum, in Aegyptum, tantum ut victum & amictum satis copiosum, & omnium rerum promptuaria abundantia habere queant, etiam si illud cum jactura verbi & æternæ salutis fiat, redire maluerunt.

*Lucretius
libro 2.*

O miseras hominum mentes, ô pectora
cæca,
Qualibus in tenebris vitæ, quantisque pe-
riculis

Degitur hoc æui quodcumque est.

Secundo verissimum esse illud Horatij in arte Poëtica omnes sanæ mentis fateri oportet:

Segnius irritant animos, demissa, per
aures,

Quam quæ sunt oculis fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.

Etsi igitur magnam multitudinem ex Aegyptoeductam certum sit, nemo tamen dubitabit plurimos ex promiscua illa multitudine omnium ætatum homines, potissimum verò ex senioribus, qui
antea

antea in Aegypto miserrimè illam crudelitatem viderant, & maxima ex parte sustinuerant, adeoq̄ in recenti memoria omnia habebant, partim senio, partim mœrore animi, itineris laboribus, alijsq̄ molestijs confectos, in ipso itinere diem suum obiisse: deinde nemo etiam dubitabit, quam plurimos fuisse pueros, iuvenes, imò & novos maritos, qui licet & ipsi aliquam partem Tyrannidis Aegyptiacæ perpessi fuerint, citò tamen more juniorum memoriam istius calamitatis omnem, præsertim cum in præsentia nulla illius vel exempla, vel vestigia, saltem in conspectu & quasi ob oculos versarentur, deposuerunt, & si quando hi ipsi à suis vel parentibus, vel alijs natu maioribus de hac tanta & tam immani crudelitate Aegyptiorum mentionem fieri audiuerunt, perinde ipsis fuit ac si fabulam vel somnium recenseri audirent. Quapropter cum in benè constituto regno & ciuitatibus, vbi omnium rerum, quibus ad hanc vitam caducam sustentandam indigemus, copiam esse maximam singuli nobis persuademus, lautiusq̄ ibi viuere quam in deserto nos posse putamus: Non dubium est hosce novos maritos, & juniores inopiæ & penuriæ, omniumq̄

molestiarum impatientissimos, iuuenili ardore, feruore & furore, concitatos & correptos, regressum in Aegyptum multò vehementius ipsis senioribus instando suasisse & vrgendo flagitasse.

VII.

Sed hanc ipsam huius populi detestandam ingratitude horribiliter postea, & in ira sua visitauit & puniuit Deus. Testatur enim historia Moyfis, Deum non modo pestem, & alia morborum genera, sed etiam bella satis funesta & cruenta, serpentes ignitos, imò ignem cœlitus in ipsos immisisse, vnde aliquot multa millia, imò maxima & florentissima totius populi pars, breui temporis spacio consumpta sit, adeo etiam, vt ex natu maioribus, qui ex Aegypto egressi fuerant, reliquis omnibus sublatis, solus Iosua & Caleb superstites remanserint. Et licet pœnitentia ipsorum & intercessione Moyfis, Deus quasi victus, non nihil ipsis pepercerit, & in terram promissionis, terram, inquam, fluentem lacte & melle, duce Iosua, ipsos introduxerit, templum & politiam suis ipse legibus instruxerit, & omnibus, quibus ad benè beateq; viuendum opus est, abundè donarit: ipsis tamen subinde more canum ad suum ipsius vomitum & ingenium, nec non in-

quina-

quina menta mundi, à quibus antea per
 pœnitentiam & agnitionem Dei refuge- *2. Petr. 2.*
 rant, redeuntibus, facta sunt illis postre-
 ma peiora primis. Afsiduis enim bellis
 à vicinis barbaris gentibus sub Iudicibus
 & Regibus vexati sunt, donec ab Afsyri-
 orum rege Nabuchdonofare è dulcissi-
 mis patriæ finibus procul à conspectu
 templi in remotissimam regionem, in
 captiuitatem Babylonicam abducti, &
 postea per Romanos funditus cum tem-
 plo & politia sine omni commiseratione
 excisi & deleti sunt. Ita verè Deus est
 fortis Zelotes, visitans iniquitatem pa-
 trum in filios in tertiam & quartam gene-
 rationem eorum qui oderunt illum, &
 faciens misericordiam in multa millia, *Exodi 20.*
 his qui diligunt eum, & custodiunt præ-
 cepta eius, *Exod. 20.*

Sed quorsum hæc tam multa de e-
 ductione & historia populi Israëlitici? *Applicatio*
 Huc videlicet, vt videamus hanc totam *huius histo-*
 historiam typum esse eorum, quæ hisce *riæ.*
 postremis senescentis & ruentis mundi
 temporibus in Ecclesia Dei facta sunt, &
 quotidie adhuc fieri conspiciuntur. Si
 enim tempus illud, quo maiores nostri
 ante aliquot annos, non adeò multos, sub
 tristi iugo & seruitute Pontificis & Anti-
 christi

christi Romani vixerunt, paulò accuratius considerabimus, euidenter vtrique deprehendemus eos non in minore seruitute & captiuitate, quàm Israëlitas olim in Aegypto vixisse

I.

Fuerunt enim ante hæc nostra tempora sub Tyrannide Antichristi in nostris Ecclesijs densissimæ & plus quam Cimmeriæ tenebræ, nullum Christianæ & religiosæ pietatis caput est, quod in regno Pontificio fermento traditionum humanarum scædissimè non tuerit conspurcaturum & deprauatum. De vera & salutari Dei agnitione, quo ad eius essentiam & voluntatem, de persona, officio, & beneficijs Saluatoris nostri Iesu Christi, nemo solidi aliquid sciuit, scripsit, docuit. Imò nullus est apex, & nullum opus tam exiguum in doctrina Pontificiorum, quod non extremè pugnet cum Christo, & beneficia scædissimè blasphemet. Quis vnquam de fide vera in Christum, qua SOLA accipimus remissionem peccatorum GRATIS, qua sine omnibus nostris operibus justificamur & saluamur, in omnibus omnium Pontificiorum libris aliquid recti vel vidit vel legit vnquam? Nonnè vera & salutaris doctrina, de verè bonis & à Deo mandatis operibus, de discrimine

mine

mine Legis & Euangelij omninò sepulta
fuit? Sacramenta ab ipso Christo insti-
tuta, Baptismus nimirum & Cœna Do-
mini, nonnè contra mentem & volunta-
tem authoris partim turpissimè mutilata
& truncata, partim in alium planè vsum
translata sunt? Deus ille Maozim sacri-
ficium Missæ, vt vocârunt, nonne totius
mundi angulos omnes repleuit? Bone
Deus in quanto contemptu fuit conjugium,
quod tamen sancto Spiritu iubente
apud omnes honorabile esse debet. Ma-
gistratus Politicus, cui omnem animam
subditam esse Deus iussit, nonnè in extre-
mo fuit contemptu, adeò etiam, vt Syno-
dus Romana sub Syluestro, cap. 16. dice-
re non erubuerit: Sacerdotes non intrent
in curiam: Quoniam omnis curia à cru-
ore dicitur, & immolatio Simulachrorû
est. Et Concilium Eliberinum cap. 16.
sic habet: Magistratum verò eò anno
quo agit duumuicatum, prohibere pla-
cet, vt se ab Ecclesia cohibeat. Et sanè
quoniam in precio Magistratus apud Põ-
tificios fuerit, satis superq; docebit fastus
ille planè diabolicus Gregorij VII. erga
Henricum IIII. & Alexandri III. erga
Fridericum Barbarossam Imp. &c.

Hebr. 13.

Rom. 13.

Balæus in
actis Papal.
fol. 182.

Et ne omnia, quæ innumerabilia
sunt,

sunt, & ne cogitando quidem, nedum
fando à me exprimi possunt, recensere
videar, quid dicam de turpissimis in-
dulgentionum nundinationibus, de pere-
grinationibus ad loca sanctorum, quorū
multi non fuere in rerum natura, de pro-
fus fictiis, & ex Ethnicorum campo Ely-
sio, nec non Gregorij somnijs, & Satha-
næ ludibrijs, extracto purgatorio: de an-
natis & bullis, de anniuersarijs, de emen-
dis pallijs, de sanctorum intercessionibus,
& alijs id genus monstris, quibus habentes
rapinis cor exercitatum totius mundi
dinitias sub prætextu nescio cuius sancti-
tatis ad sese attrahentes, turpiter cum
summo dedecore & ignominia, nec non
conscientia mala consumpserunt. Nam

2. Petr. 2.

Curia Romana non capit ouem sine
lana,
Roma manus rodit, non dentes spernit
& odit.

Quid deniq̄ dicam de horrenda illa mi-
ferrimarum conscientiarum carnificina,
qua in Confessione auriculari omnium
peccatorum à se unquam commissorum
enumerationem non tantum instituire
coacti sunt, sed etiam contra tot mani-
festas sacræ scripturæ promissiones, fi-
dem in Christum flagitantes, de gratia &
remissio-

*Concil. Tri-
dent. sess. 6.
cap. 13.*

remissione peccatorum dubitare, iussi fu-
ere. Et tandem quis quæso omnia sa-
tisfactionum genera, quibus miserrimi
peccatores satis duriter vexati sunt, enu-
merare poterit. Credo ego hanc cala-
mitatem nullius etiam disertissimi Rhe-
toris eloquentia satis exprimi posse.

Sed quia Curia Romanæ mentio-
nem feci, vt juniores etiam, & alij pij, qui
hæc nostra lecturi sunt, suis ceu veris &
viuis coloribus illam depictam habeant,
Ideo insignem ex Epistolis Francisci Pe-
trarchæ de ea locum adscribam. Natus
est Franciscus Petrarca anno Christi
1304. Florentiæ, fuitq; magnæ dignita-
tis vir, & clarissimus Archidiaconus Par-
mæ, & Canonicus Patavinus, & si volu-
isset Pontifici Romano Benedicto XII.
in re turpi admodum gratificari, more
aliorum, Cardinalis Romanæ Ecclesiæ
factus fuisset. Is ergo Ecclesiam & Cu-
riam Romanam describens, sic inquit:
Visa loquor, non audita: noui expertus,
vt nulla ibi pietas, nulla charitas, nulla
fides, nulla Dei reuerentia, nullus timor,
nihil sancti, nihil iusti, nihil æqui, nihil
pensi, nihil deniq; vel humani: amor, pu-
dor, decor, candor, inde exulant. De ve-
ritate quidem fileo. Nam quis vsq; vero
locus,

locus, vbi omnia mendacijs plena sunt, aër, terra, domus, turres, vici, atria, porticus, vestibula; aulae, thalami, rectorum laquearia, murorum rimulae, diuersoria aedium, penetralia templorum, iudicum subsellia, Pontificum sedes: ad postremum ora hominum, nutus, gestus, voces, frontes, animi. Quid ais? An mentior, an verò de mendacijs verum loquor? Si illic fuisti, & nullo maiori tuo negotio distractus in nephariam illam scelerum scenam, acumen ingenij atq; oculos intendisti, alium iudicem nò optabo, quàm scilicet omnia ibi virtute, veròq; sint vacua, plena criminibus, plena fallacijs, plena fucis, plena pessimis artibus &c.

Epist. 17.

Psalm. 12.

Idem: Vides ibi populum non modò Christi aduersarium, sed quod est grauius sub Christi vexillo, rebellantem Christo, militantem Sathanæ, & Christi sanguine tumidum, lasciuientem & dicentem: Labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est, &c. Et paulò post: Quid enim, quid oro, aliud assidue geritur hos inter Christi hostes, & nostri temporis Phariseos? Nonné etiam Christum ipsum, cuius nomen die ac nocte altissimis laudibus attollunt, quem
 purpura

purpura atq; auro vestiunt, quem gem-
 mis onerant, quem salutant & adorant
 cernui: eundem in terra emunt vendunt,
 nudinantur eundem quasi velatis ocu-
 lis non visurum & impiarum opum
 vepribus coronant, & impurissimi oris
 sputis inquinant, & vipreis sibilis inse-
 ctantur, & venenatorum actuum cuspide
 feriunt, & quantum in eis est, illusum,
 nudum inopem, flagellatum, iterum at-
 q; iterum in Caluariam trahunt, ac ne-
 fandis ascensibus cruci rursus affigunt: Et
 ô pudor, ô dolor, ô indignitas talium ho-
 die Roma est. Idem: Omne bonum
 ibi perditur, sed primum omnium liber-
 tas, mox ex ordine quies, gaudium, spes,
 fides, charitas, animæ jacturæ ingentes:
 sed in regno auaritiæ nihil damno adscri-
 bitur, modò pecunia salua sit. Futuræ
 vitæ spes, inanis quædam fabula: & quæ
 de inferis narrantur, fabulosa omnia, re-
 surrectio carnis & mundi finis, & Chri-
 stus ad iudicium venturus, inter nânias
 habentur: veritas ibi dementia est, ab-
 stinentia verò rusticitas, pudicitia pro-
 brum. Ingens deniq; peccandi licentia,
 magnanimitas & libertas eximia: & quò
 pollutior, eò clarior vita: quò plus sce-
 lerum, eò plus gloriæ: bonum nomen

Epistol. 18.

*Habet ergo
 Roma egre-
 gios Sadu-
 cæos & E-
 picuræos.*

C

cæno

Epist. 19. 5.

eœno vilius : atq; vltima mercium, fama
 est. Et alio loco Curiam & Ecclesiam
 Romanam appellat, errorum scholam, &
 hæreseos templum, in quo videas bonos
 mergi, malos erigi, reptare aquilas, asi-
 nos volare, vulpes in curribus, coruos in
 turribus, columbas in sterquilinio, libe-
 ros lupos, agnos in vinculis, Christum
 deniq; exulem, Antichristum Dominum,
 Beelzebub iudicem, &c. Hactenus Pe-
 trarcha. Etsi verò (vt idem Petrarcha
 inquit) Romana Ecclesia verè sit Baby-
 lon illa fornicationum mater, & abomi-
 nationum terræ famosa & infamis illa
 meretrix, fornicata cum regibus terræ,
 mater impia partuum pessimorum, de
 qua verum est prouerbiū: Quò propior
 Romæ, eo peior Christianus. Et illud
 alterum similiter: Quod qui primo pro-
 ficiscatur Romam, quærat nequam. Se-
 cunda vice se eo conferens, inueniat il-
 lum: Tertia reportet illum. Si verò do-
 citis sit, prima vice hæc tria omnia con-
 sequatur: Tamen illam omnes, vt san-
 ctam & immaculatam, & solam Christi
 sponsam venerari & adorare coacti sunt.
 O cæcitatem & ignorantiam.

Et sanè mirum non est, tam horren-
 das, blasphemias, & omnium religiosæ
 pieta.

pletatis capitum abominandas deprauationes, tamque nefanda & atrociosa scelera in Ecclesiam introducta esse, cum nec ipsi sacrae scripturae diuinitus inspiratae Pontificij pepercerint vnquam. Sacro sancta enim Biblia, librum Spiritus sancti, librum ex quo omnis generis errores & haereses tanquam ex equo Troiano prodierint, & pullularint, appellare non erubescunt. Sacram scripturam summa cum leuitate & impudentia non tantum tanquam literam mortuam, rem dubiam obscuram & ambiguam, vt & olim oracula Delphica fuere, imò tanquam Cothurnum vtriusque pedi aptum, ex alto despiciunt & derident: Sed planè etiam in sua potestate situm esse sibi somniant, vt eam quoquo modo ipsis libeat exponant, vnum & idem scripturae dictum, veram & manifestam scripturae sententiam pro sua libidine nefarie peruertendo, nunc huc nunc illuc pro suo arbitrio inflectunt. Imò quod dictu foedum, auditu horrendum, adeoque in ipsum Filium Dei, Dominum & Salvatorem nostrum Iesum Christum extremè blasphemum est summam & maximam omnium historiarum, quae vnquam in mundo gestae sunt, historiam, inquam, grauissimam

*Caietanus
ad Carol. V*

*Petrus à
Scoto cont.
Brentium.*

Cardinal.
Cibo. ad
Ferd. Imp.
Itē Sado-
letus ad
Bembum.
Leo X. ad
Bembum.

VVolffgan.
Hermann.

Legatur D
Heshusius
in catalogo
600. errorū
Pōtificiorū
sub titu. de
primatu R.
Pontificis.

Item D.
Herebrand,
in refutati

saluberrima & pratiofissima I E S V
Christi passione & resurrectione, in qua
omnium piorum vnica consistit salus,
horresco referens, fabulam ab erudito
quodam, & acutissimi ingenij viro valde
artificiosè excogitatam, ore blasphemus,
& lingua execranda appellare non veren-
tur. Quodq; non minus est horrendum,
& in Spiritum sanctum blasphemum, sa-
cram scripturam, si Ecclesie authorita-
te destituatur, non plus valere, quàm fa-
bulas AEsopi. Credo ego ipsum Dia-
bolum cum omnibus inferorum portis,
ad istas abominandas blasphemias toto
pectore contremiscere. Ad hunc igitur
modum sublato lumine verbi, miseris
mortalibus quiduis facilè obtrudi potu-
it.

Nec verò sacram & Canonicam
scripturam ad eum, vt dixi, modum ab-
jecerunt Pontificij, sed etiam Antichri-
sto, perditionis filio, Deo suo, tam am-
plam & immensam potestatem tribue-
runt, & vt verius dicam, ipsi Pontifices
eam sibi, quibus saltem potuere modis,
tyrannidem, vi & fraude rapuerunt:
Quod nimirum Papa in sanctissimo pe-
ctoris sui scrinio O M N I A Iura habeat.
Quod suprema sit eius potestas adeoq;
absoluta

absoluta, præcipiendi ut vult, ita ut Deus
 habeat rata **QVAE CUNQUE** faciat **PA-** *one defen-*
PA, cum sit omnia & super omnia, ita *fionis asser-*
UT POSSIT FACERE OMNIA, *tionum Ie-*
QVAE DEVS FACIT. Quod Papa sit *suiticarum*
CONTRA IUS, SUPRA IUS, & EX *f. 73. 74.*
TRA IUS, ut qui omnia possit, Datam
 esse illi **OMNEM POTESTATEM IN**
COELO ET IN TERRA, quæ se ex-
 tendat ad **COELESTIA,** **TERRE-**
STRIA, INFERNALIA, ita, ut sit **CA-**
PVT vniuersalis Ecclesiæ, habens pote-
 statem non tantum constituendi regna
 Politica in **TERRIS,** & gubernandi
 Ecclesiastica, verumetiam in **COELIS**
 mandandi Angelis, ut liberent animas
 è purgatorio, imò etiam in **INFERNO**
 præcipiendi dæmonibus, ut animas pere-
 grinantium ad sanctorum loca missos fa-
 ciant. Quod habeat vtrunq; gladium,
 Penes ipsum esse potestatem deponendi
 & constituendi Reges & Imperatores.
 Tradita ei esse **OMNIA** regna mundi,
 quæ quibus ipse velit distribuere possit.
 Secundum plenitudinem potestatis suæ
 posse illum de jure **Supra Ius** dispensare.
 Quod possit contra Epistolas Pauli sta-
 tuere, cum sit maior Paulo. Quod De-
 us Omnia pedibus eius subiecerit, ideoq;

omnia ei licere, siquidem potestas Papæ
 MAIOR sit Apostolo, cuius dictis possit
 derogare, nec licere cuiquam à Papa ad
 ipsum etiam Deum appellare. Quod
 Papa iudicet omnes, à nemine verò ju-
 dicetur ipse. Esse enim omnes leges ip-
 sius celsitudini à Deo subiectas, ideoque
 nullam ei legem imponi posse. Esse Se-
 mideo, Deum terrenum, habentem po-
 testatem beandi & damnandi, quos velit.
 Quapropter licet multa millia animarū
 suæ fraternæque salutis immemor, cater-
 natim cum suis ad infernum deducat, ne-
 minem tamen dicere debere, Quid fa-
 citis? O inauditam & planè diabolicam
 crudelitatem & Tyrannidem, ô horren-
 dam & abominandam blasphemiam, ô
 cæcos & cæcorum ductores. Quod si
 quis tam est ferreus & stupidus, ut hæc,
 de quibus breuiter dixi, portenta & mon-
 stra Pontificiorum, non habeat pro du-
 rissima & verè Aegyptiaca, siue Baby-
 lonica captiuitate, & tristissima seruitute,
 profectò hominis Christiani nomine il-
 lum minimè dignum esse censeo.

II.

Non defuerunt autem in hac duris-
 sima captiuitate & tristissima seruitute
 homines pijs & boni, qui veris animi vo-
 tis, & ardentissimis pectoris sui gemiti-
 bus

bus ad Deum emissis, mitigationem harum calamitatum, & liberationem ex hac Babylonica captiuitate & Aegyptiaca cæcitate, assiduè clamando, petiuerunt. Imò Deus optimus, maximus, pro sua ingenti, qua est erga homines *φιλανθρωπία* semper excitauit etiam in illis ipsis tenebris regni Papistici, viros pios, doctos & graues, qui istis tam fœdis & palpabilibus nugis, & abominandis blasphemijs, voce & scriptis reclamârunt, & veritati diuinæ, etiam cum periculo vitæ, testimonium publicum tribuere, non erubuerunt.

Legatur catalogus testium veritatis.

Quia verò æternus Pater Domini nostri I E S V Christi preces & gemitus suorum nullo non tempore attentis auribus per & propter Filium *μεσίτην καὶ ἱκετήν* percipere solet, Ideò & hæc, de quibus mentionem feci, piorum vota non fuerunt irrita, sed Deus illa exaudiuit, & cum plenitudo temporis, quo Antichristus, filius ipse perditionis, toti terrarum orbi, publicè reuelandus & gladio verbi, Spirituq; oris Dei interficiendus erat, aduenisset, misit electum illud organon, clarissimum & reuerendissimum virum, Dominum Doctorem Martinum Lutherum, eumq; Spiritu *δυνάμει καὶ παρρησίαις*

III.

σίας, imò verè Prophetico, animo Heroico, fide ingenti, spe firma, precatone multum efficaci, zelo verò veræ religionis, amore sincero, omnisq; falsitatis & Sophistices odio perfecto, præcipuarum linguarum cognitione, amplissimo sanctæ eruditionis & sapientiæ thesauro, singulari dexteritate sacram scripturam, & religiosæ pietatis capita, & omnes etiam maximè intricatas quæstiones, vberima & exacta orationis copîa, feliciter & perspicuè explicandi, mirifica animos auditorum & lectorum ad veram pietatem, fidem, timorem Dei, & alias virtutes inflammandi vi, quæ non modò in ipsa pectora & mentes hominum penetraret, sed & aculeos veræ pietatis ac virtutis in auditorum animis relinqueret, & multis alijs præclaris & excellentibus, imò verè Heroicis Spiritus sancti donis ornauit, instruxit, & armauit, vt non immeritò cum Elia, Esaia, Moyse, & summis Prophetis conferri queat. Hunc excellentem Heroem, tanquam alterum Moysen, ex latribus & angulis monasticis productum, præfecit Deus Optimus Maximus, summo & arduo huic operi & oneri, quod nec Hercules, nec Alexander Magnus, nec Hannibal, nec Scipio, imò necq; totus

tus

tus mundus cum omni sua potentia & robore, ne aggredi quidem multò minus tanta felicitate & dexteritate perficere potuisset. Per hunc enim Heröem Deus ex tristissima seruitute Aegyptiaca, & durissima captiuitate Babylonica, adeo-
 q̄ ex inaudita illa & plusquam diabolica Tyrannide Antichristi Romani, ipsiusq̄ densissimis tenebris duce & comite Christo, inuictò & repugnante, imò fremente non tantum Antichristo, sed toto penè mundo, imò omnibus diabolis & inferorum portis, mirabiliter & gloriosè eduxit, & liberauit, lucem veræ doctrinæ ex immensa & ineffabili bonitate nobis accendit, restituit & parefecit, & Antichristo, solo verbo sine gladio, interfecto, ipsiusq̄ Tyrannide fracta, protrita & comminuta, in regnum Filij sui Iesu Christi collocauit. O ineffabilem & ferè incredibilem vim amoris diuini erga nos. Quis hîc non cum Psalmista exclamet: Quam magna sunt opera tua Domine, plena est terra bonitate tua. *psalm. 92.*

Sed ne hac mea qualicunq̄ & tenui oratione huic Heröi nimium tribuere videar, sicuti hodiè quidem *αὐτοδιδάκτοι* & scriptorculi vociferantur, nos Luthero nimium tribuere: Ideo clarissimorum

aliquot Theologorum nostri seculi luculenta testimonia, de beneficijs summis diuinitus nobis per Lutherum exhibitis adijciam.

I.

*Iohannes
Brentius*

*Finis Studi-
orum no-
strorum.*

Venerandus Senex, & Theologus summus, de Scholis & Ecclesijs optimè meritus Dñ D. IOHANNES BRENTIUS, in Præfatione sui commentarij in Epistolam ad Galatas, ad D Iohannem Hesselum sic inquit anno 1547. Iulij 20. Dicam quod res est, in quodcunq; vitæ genus oculos conijcio, occurrunt beneficia, quæ Deus nobis per Lutherum clementer præstitit. In Ecclesia, quod abolitis impijs sacris, Lex & Euangelion, hoc est, vniuersa doctrina ad salutem necessaria rectè explicatur, Sacramenta piè administrantur, nomen Dei verè inuocatur, Psalmi vtiliter cantantur, beneficium DEI est, per Lutherum inuitis omnibus Pontificibus & Monachis, in nos collatum. In Schola, quod abiectis impuris & impijs Sophistarum somnijs sacra scriptura, ad quam rectè cognoscendam omnia studia nostra referenda sunt, purè & syncerè traditur, debemus auctori Deo, per ministerium præceptoris nostri Lutheri. In Politia si bona conscientia leges administraueris, & gladium gesta

gestaueris, acceptum ferendum est ei doctrinae, quam de Politico Magistratu illustravit Lutherus. In Oeconomia quid non molestiae, quid non perturbationis animi continget tibi, vel ex coniugio, vel ex agricultura, vel ex opificio, vel ex mercatura, vel ex domesticis operibus, non tantum seruilibus illis & sordidis, verum etiam paulo liberalioribus, si non ea doctrina, quam fidelis seruus Christi Lutherus magna dexteritate exposuit, eruditus fueris? Denique siue nostra publica, siue priuata respicias, versantur ubique ante oculos, quibus Filius Dei per Lutherum clementer nos affecit. Haec beneficia commemorare & praedicare debemus, ut excitemus nos ipsos ad gratitudinem erga Filium Dei Iesum Christum, & precemur Deum, ut Euangelion in clarissimam lucem prolatum, in Ecclesia conseruet.

D. HIERONYMVS VVELLERVS Theologus grauisimus & felicissimus D. Lutheri discipulus & imitator, in praefatione libelli de ratione formandi studij Theologici ad quendam amicum, anno 1561. die 13. Septembris, beneficia per Lutherum nobis exhibita, hoc modo recenset. Post sacra, inquit, Biblia diligenter

II.

*Hieronymo
Vvellerus.*

*Iudicium
de scriptis
Lutheri &
Philippi.*

ligenter ac studiosè diuina monumenta
Lutheri legas ac relegas. Nemo enim
præclarus Theologus, qui conscientias
rectè erudiat & consolatur, fieri potest,
nisi Lutheri scripta diu multumq; lege-
rit, diurna & nocturna illa manu versans.
Scio quosdam esse, qui D: PHILIPPI
scripta longè præferunt scriptis D: Lu-
theri. Dicunt enim, quod D. Philippus
omnes locos doctrinæ Christianæ ἑσώμα-
τοποίησε, quod negant Lutherum fecisse,
& hanc ob causam scripta D. Philippi
magis putant prodesse Ecclesijs, quàm
D. Lutheri. Mea hæc est sententia: D.
Philippi scripta studiosis Theologiæ dili-
genter legenda esse propter μέθοδον, cu-
ius ipse mirus artifex fuit, & propter di-
ctationem eius, quæ Latina, pura, suavis,
propria & perspicua est. Doctoris Lu-
theri autem monumenta propter vberio-
rem explicationem sacrarum literarum,
& præclaras cogitationes studiosis euol-
uenda esse duco. Ipse enim tanta dexte-
ritate & perspicuitate, Prophetica & A-
postolica scripta interpretatus est, quan-
ta nullus vnquam interpretum facere po-
tuit, ac facturus sit. Solus enim Luth-
erus hoc artificium tenuit, vt de rebus ar-
duis tam clarè, perspicuè, & simpliciter
dicere

dicere & scribere potuerit, vt etiam pueri scripta eius possint intelligere. Hanc ipse laudem cum nullo *ἄκρυκτῆ* habet communem. Omnes præcipuos articulos doctrinæ Christianæ in suis scriptis, lectionibus, & concionibus integrè & perspicuè tractauit. Solus ipse intensissim hostem Antichristum monstrauit, & conscientias à laqueis humanarum traditionum liberauit, pios & afflictos in omni tentationum & calamitatum genere confirmauit, & multos ab orco, vt dicitur, consolationibus suis reuocauit.

NB.



Nulla enim tentatio aut calamitas dici potest, cuius non ipse remedium in sacra scriptura monstrauerit. Omnium ætatum & conditionum homines docuit, quomodo in sua quisque uocatione Deo seruiat. Magistratum Politicum amplissimis laudibus ornauit. Nec solum Papistas, verum etiam Antinomos, Enthusiastas, Sacramentarios & Anabaptistas refutauit &c. Huc vsque verba VVelleri.

NB.

D. MARTINVS BUCERVS in III.
hunc modum scribit: Martinus Lutherus Euangelij Iesu Christi Doctor, Veritatis amator maximus, mendaciorum ac superstitionis hostis, religionis & pietatis in Germania auctor.

Bucerus.

I. Ar-

I. Articulum Iustificationis à temporibus Apostolorum, quantum monumenta indicant, nemo vnquam clarius & fidelius eo docuit.

II. Antichristum Romanum cum suis membris ad extremum vsq; spiritum audentius oppugnavit nemo, fraudesq; ipsius luculentius orbi detexit.

III. Vera bona opera, puta quæ ex fide viua proueniunt, inq; salutem proximi cedunt, nullus ex patribus tam sanctè, & secundum mentem Spiritus S. docuit, atq; ipse.

IIII. Scripturam sanctam tam pure, tanta energia, totq; argumentis penetrantibus, nemo ipso felicius explicauit, maximè cum ex professo locum aliquem tractare; voluit.

V. Addo versionem scripturæ sanctæ fidelem, tersam, & eloquentia non parua exornatam.

VI. De Magistratu Politico quis, & quæ eius officia sint in vtraq; legis tabula, nemo hæctenus tam clarè docuit.

VII. Maximorum operum in Ecclesia incredibiles habuit successus, quod inter alia multa testatur Augustana Confessio.

Wobey er gewesen / oder worzu er geholffen / das hat forth gemust / vnd

und bestehet noch fest bis auff diesen
Tag.

VIII. Donum Prophetiæ habuit,
Das alles wie er ein ding gesagt/ ge-
sehen.

IX. Preces efficaces, Psalmos,
Hymnos, & cantica maximè dulcia fe-
cit, & orauit. Ita Ecclesiam benè ar-
mauit deuotis cantionibus & psalmis.

Adijciam & PHILIPPI MELAN- IIIII.
THONIS, piæ memoriæ, præceptoris no- D. Philippo
stri testimonium. Sic itaq; ille Tomo III. Melanth.

Declamationum poster. edit. f. 752. &
seqq. Quæ igitur res magnæ & veræ à
Luthero patefactæ sunt, quæ ostendunt
eius curriculum laudandum esse? Cla-
mant enim multi, turbam Ecclesiam,
& cõrouersias inextricabiles sparsas esse.
Hic respondeo, talem esse gubernatio-
nem Ecclesiæ. Cum Spiritus sanctus ar-
guit mundum, dissidia propter impiorũ
pertinaciam oriuntur, & culpa est eorum,
qui audire Filium Dei nolunt, de quo
cœlestis Pater inquit: Hunc audite.

Lutherus veram & necessariam do-
ctrinam patefecit. Fuisse enim tenebras
in doctrina de pœnitentia, densissimas,
manifestum est. His discussis ostendit
quæ

quæ sit vera pœnitentia & quis sit portus,
quæ firma consolatio mentis, quæ expa-
uit sensu iræ Dei. Illustrauit Pauli do-
ctrinam, quæ ait, fide justificari homi-
nem, Ostendit discrimen Legis & Euan-
gelij, iustitiæ Spiritus & Politicæ. Osten-
dit veram inuocationem Dei, ac totam
Ecclesiam ab Ethnico furore reuocauit,
qui fingit Deum inuocari, etiamsi men-
tes Academica dubitatione oppressæ fu-
fugiant Deum. Iussit fide & bona con-
scientia fieri inuocationem, & quidem
ad vnum Mediatorem Filium Dei, seden-
tem ad dexteram æterni Patris, & inter-
pellantem pro nobis, deduxit nos, non
ad statuas, aut homines mortuos, vt hor-
ribili furore homines impij statuas & ho-
mines mortuos inuocant. Monstrauit
& alia officia Deo grata, & vitam ciui-
lem ita ornauit & muniuit, vt nullius vn-
quam literis ornata & munita sit. Deniq;
sejunctis à necessarijs operibus puerilem
pedagogiam humanarum ceremonia-
rum, & ritus ac leges impediens veram
inuocationem Dei. Et vt illustris do-
ctrina cœlestis propagaretur ad posteri-
tatem, vertit in linguam Germanicam
Prophetica & Apostolica scripta, tanta
perspicuitate, vt hæc ipsa versio plus lu-
cis

cis adferat lectori, quàm pleriq; commentarij. Adiunxit & ipse multas enarrationes, quas longè antecellere omnium enarrationibus, quæ extant, Erasmus etiam affirmare solebat. Huc usq; verba Philippi.

Sed ne vobis optimi auditores hoc in loco molestus sim, vnicum adhuc testimonium de beneficijs nobis diuinitus

V.

per hunc Heröem exhibitis addam, Doctissimi scilicet viri *Georgius* GEORGII FA-
Fabricius.

BRICII Chemnicensis, sic autem ille inquit ad quendam amicum anno 1553. Idib. Septembris. Christianus quicumq; diceris, & fide vera id quod nominaris existis, te æstimatorem mei constituo iudicij, lege modo & cognosce. Ecclesiæ primæ ortum & incrementa, sanctissimorum Patriarcharum vitam, actiones, certamina, ita copiosè & mirificè D. Martinus Lutherus explicuit, vt singulorum cogitationes & animos intuitum, multorum afflictiones in suis certaminibus sensisse, omnium fidem & constantiam imitatum fuisse existimes. Doctrinam de fidei iusticia ex primis Dei promissionibus ita eruit & extruxit, vt de ea dubitare nemo nisi omni luce Dei careat, amplius possit: Ita verò operum o-

D

bedientiam

bedientiam, piorum exemplis illustravit,
 ornauitq; vt de omni sanctitate in quouis
 vitæ genere nemo vnquam docuerit re-
 ctius atq; perfectius. Pœnas publicas
 ac priuatas lege Dei impijs & contuma-
 cibus propositas exaggerat, verbis & fen-
 tentijs grauissimis: Tum clementiam
 & misericordiam Dei, in ignoscendo, cõ-
 donando, parcendo ita celebrat atq; ex-
 tollit, vt diuinæ bonitatis gustum legen-
 do percipias, fructum credendo conse-
 quaris. Hunc igitur fontem cœlestis sa-
 pientiæ suauissimum censeo omnibus ad-
 eundum, qui tanta saluberrimarum aqua-
 rum scaturit abundantia, quantum nulla
 ætas hausit vberius, vt felicissima possis
 dicere primæ Ecclesiæ tempora, quæ Mo-
 ysen maximarum rerum scriptorem in
 gente Ebræa habuerunt: & hæc extre-
 ma illis felicitate non imparia, quæ in
 Saxonis Germaniæ oris interpretem
 protulerunt oraculorum cœlestium & sa-
 cræ scripturæ D. Lutherum. Hæc
 nus ille.

NB.

Et sanè si Lutherus diuinum illud
 organon, alioqui fecisset nihil quod lau-
 de, & perpetua grataq; memoria dignum
 esset: duo tamen beneficia per illum De-
 us nobis contulit omnium maxima, vi-
 delicet

delicet quod tota Biblia sacra ex Ebraeis & Græcis fontibus tam perspicuè & feliciter in Germanicam linguam, verbis dulcissimis, & phrasibus suauissimis transfuderit, vt illa ipsa versio multorum prolixè scriptis commentarijs anteferenda sit. Et postea quod Catechismum summam totius sacrae scripturae nobis Dei beneficio restituerit.

De priori beneficio adscribam lo- *D. Iohannes*
cum clarissimi viri D. IOHANNIS VVI- *VVigandus*
GANDI. Sic ille in admonitione de bonis & malis Germaniæ, inquit: Biblia sacra in clarissimam lucem summo Dei beneficio iterum sunt producta, & in manus atq; vsum hominum familiarem tradita. Constat enim Biblia sacra multis jam seculis pro obscuro libro vbiq; locutum esse habita, peneq; situ, & squalore interiisse, eius quidem rei ista potissimè erant causæ. Primum quod tantum Latina sanctorum librorum versio commendabatur, quæ profectò plurimas illustres res & sententias parum concinna interpretatione inuoluit & obscurat.

Deinde quia tantum ad Scholasticorum disputationes & summas in scholis adsuefiebat, qui Theologia imbuebantur. Laici verò à lectione Bibliorum non

D 2 aliter

aliter atq̄ suos ab amaraco arcebantur,
 ac publicè tantùm audiebant legendas
 sanctorum. Verè igitur quod in Samu-
 I. Sam. 2. ele dicitur: Verbum Dei erat preciosum,
 nimirùm ob raritatem eo tempore. Nunc
 verò Biblicæ versiones luculentæ extant,
 in primis verò Germaniam Teutonica
 translatione per Lutherum ornauit De-
 us, ita vt omnes linguarum periti vltro
 fateantur, feliciorẽ, clariorem, | pluri-
 orem versionem ex Hebraico textu apud
 NB. nullam aliam gentem extare. Nam de
 Græca quidem & Latinã interpretatione
 quæ jam habentur, non difficile est judi-
 cium. Aliæ verò gentes à Germanicã
 etiam versione aliquam lucem haufe-
 runt.

Multorum scriptis memoriæ conse-
 cratum, & tanquam diuinum beneficium
 magnificè prædicatum est, quod Septua-
 ginta illi viri Hebræum textum in Græ-
 cum transfudere consilio Ptolomæi Phi-
 ladelphi regis Aegyptiaci. Vidimus
 autem & nos adolescentes, qui VVite-
 bergæ tum sacris literis erudiebamur,
 quomodo certis horis congregarentur in
 ædibus Lutheri, Melanthon, Cruciger,
 Forsterus, Aurogallus, Ionas, suasq̄ in
 reddendis quàm commodissimè sanctæ
 linguæ

linguæ phrasibus, operas singulari ingeniorum acumine dexteritate, pietate conferrent, Luthero architecto operis, quid conuenientissimum esset, iudicante & sequente. Dictante igitur Spiritu sancto Biblia Germanica tam tersa, tam clara, tam lucida prodierunt, ita ut pueri & puellæ jam Biblia legentes, proprium & genuinum sensum absq̃ longis commentarijs ob oculos videant, atq̃ fundamenta pietatis & omnis consolationis addiscant. Hæc verè à nobis dici, res ipsa testatur. Nam Biblia jam plura in priuatis Laicorum ædibus habentur, quàm olim in collegijs & Bibliothecis Ecclesiasticorum omnium extiterunt.

Com igitur Biblia sint fons & scaturigo sacræ religionis, cultum diuinorum, imò salutis nostræ perpetuæ, ideò æternas Deo pro hoc tanto munere gratias debemus. Nihil jam dicam de alijs versionibus, quas Germanici Doctores alijs in linguis dederunt. Præclaram nauauit operam in noui Testamenti illustratione Erasmus: insignem etiam laborem impendit in vetus Instrumentum Munsterus, & alij nonnulli, sed inter hæc omnes (quod pace omnium dicere liceat) veluti sol in medio cælo Germanica

Erasmus

Munsterus

nica translatio elucescit, ac Hebraica
idiomata planissimè exprimit. Hactenus
V Vigandi verba.

D. Heshu-
sius.

Dñ. D. TILMANNVS HES-
HVS IVS Professor Theologiæ in Aca-
demia Iulia Clarissimus, de Germani-
cis Biblijs Dñ. D. Lutheri sic inquit:
Die Deutsche Biblia D. Martini Lu-
theri halte ich Tilmannus Heshusi-
us für einen edlen vnd thewren Schatz/
der mit aller Welt Reichthumb / wenn
sie gleich noch so viel Golt hette / als sie
in allen Königreichen besizet / nicht ist
zuuergleichen / noch zubezalen. Wenn
alle Commentaria / so in Griechischer
vnd Lateinischer Sprache vber die gan-
ze Bibel gemachet sind / deren ein groß-
ser hauffe ist / vnd viel Centner wegen /
mit grosssem fleis durchlesen werden /
so geben sie doch allesampt nicht so viel
Liechtes vnd verstandes dem Christli-
chen Leser / als die klare vnd gar herrli-
che Dolmetschung Lutheri. Hilff
Gott / wie haben offft die aller geleerte-
sten Patres in erklerung etlicher Sprü-
che

che / so bey geschlagen / da doch Luthe-
 rus ganz rund vnd eigentlich den ver-
 standt der heiligen Propheten gegeben
 hat? Keine Nation ist auff Erden / so
 viel man aus den Büchern sehen kan /
 die die Schrifften der Propheten vnd
 Aposteln so artig / so rund / so reich / so
 klar / so verstendiglich / so eigentlich / so
 gewiß in ihrer Sprache hette / als wir
 Deutschen durch gnad des Allmechtigē
 Gottes / vnd durch die Dolmetschung
 Lutheri haben. Es hat zwar Luthe-
 rus grosse hülffe gehabt an vielen Ge-
 lerten / so der Hebraischen Sprachen
 kündig / Wie er auch selbst darin erfa-
 ren gewesen / Hat auch offft vmb eines
 Worts willen bey Ausländischen The-
 ologen sich Raths erholet. Aber Gott
 vom Himmel hat der lesten Welt / vnd
 sonderlich vns Deutschen / diese grosse
 Wohlthat durch sein Werckzeug Luthe-
 rum erzeigen / vnd beweisen wollen / das
 wir nach dem Jüdischen Volck / so den
 vorzug hat / für allen andern Völkern

rühmen / vnd G^ott preisen können /
 das keine Nation G^ott so eigentlich
 hörete reden in der Bibel in irer Spra-
 chen / als wir Deutschen. Allen Dol-
 metschern der Bibel / so je gewesen / wie
 denn in der Griechischen Sprachen sehr
 viel gewesen / In der Lateinischen aber
 noch viel mehr / hats der Man G^ottes
 Lutherus weit zuuor gethan / das die
 Frankosen / Spannier / Engellender /
 Polen / auch nahe dem Text kommen
 sind / wie etliche Gelehrten zeugen / das
 haben sie dem Luthero / als ihrem Mei-
 ster / der vor ihnen das Eis gebrochen /
 zu dancken. Auch den *septuaginta Inter-*
pretibus / wie man sie nennet / deren
 Translation die Aposteln so werdt ge-
 halten / das sie offtmals in Citationi-
 bus ihrer Version gebrauchen / wie vn-
 uerneinlich / hats dennoch Martinus
 Lutherus durch sonderliche eingebung
 G^ottes zuuor gethan / vnd viel herrli-
 che örter der Schrift / an denen merck-
 lichen gelegen / illustriert vnd erkläret.
 Wie

Mit einem einigen Wort gibt offft Lutherus reichern verstandt / den Zehen Commentatores mit ihren grossen voluminibus / das man sihet / wie der heilige Geist sonderliche lust gehabt / mit uns Deutschen in vnser Muttersprache zureden / Söliches sihet man in den reichen Propheten / in den tröstlichen Psalmen / im gansen Newen Testament. Darumb sol kein fromes Herz daran zweiffeln / wer inn der Deutschen Bibel Lutheri lieset / der höret den Ewigen Gott selbs / vnd wird durch das Wort Gottes lebendigen Trost / vnd Ewige Seligkeit erlangen. Vnter den allerhöhesten Wohlthaten / so der Allmechtige Gütige vnd getrewe Gott dieser letzten Welt erzeiget hat / ist nicht die geringeste noch letzte / die herrliche Deutsche Biblia.

Franciscus Dryander ein Spanier / ein fürtrefflicher Man / der nun für 29. Jaren bekant gewesen / hat offtmals herzhlich gewünschet / das er der

Franciscus
Dryander

D 5 Deud

Deutschen Sprachen kündig sein mö-
 chte/ auskeiner andern vrsachen/ dann
 nur dz er die Deutsche Biblia Lutheri/
 die er vñ allen gelerten so hochhörte rhü-
 men/ möchte lesen/ vnd verstehen. Weil
 denn die Spannier vnd andere Natio-
 nen/ denen das Liecht der Wahrheit ist
 auffgangen/ so hoch vnd viel nun von
 der Deutschen Biblia Lutheri halten/
 Wie viel mehr wil vns Deutschen sol-
 ches gebühren/ denen Gt diese son-
 derliche Gnad hat bewiesen? Darumb
 solten auch billich alle vnd jede Haus-
 väter in ganz Deutscher Nation dar-
 nach trachten/ vnd so viel von ihrer nar-
 rung entberen/ das sie die Deutsche
 Biblia/ als den edlen Schatz vnd pfand
 in ihrer Behausung hetten/ vnd alle
 Tage/ oder zum wenigsten auff die
 Feyertage ihre Kinder oder Knaben
 aus der Schulen darin lesen lassen/
 auff das Gttes Wort vnter ihnen
 wöhnete/ vnd sie in ihrer Mutterspra-
 che mit Gt reden köndten. Der
 Haus-

Hausvater lest seinem Kinde ein schön
 Ertheil / der vnter andern Segen des
 HERRN neben einem ehrlichen Na-
 men vnd gerüchts / auch die Deutsche
 Biblia lesset. Welcher Deutscher die
 Deutsche Biblia nicht herzlich lieb hat
 vnd in allen Ehren helt / der mus ein
 Feind sein Göttlicher Wahrheit / So
 viel halte ich von der Deutschen Bi-
 blia Lutheri.

NB.

D. POMERANVS' Venerandus *D. Pomera-*
 Senex, & magni nominis Theologus, de quibus
 multis diuersarum regionum Ecclesijs, *nus*
 optimè meritis, hunc laborem Transla-
 tionis Bibliorum, vti Mathesius concione
 13. de vita Lutheri refert, tanti fecit, vt *D. Iohannes*
 quotannis in suis ædibus festum Transla- *Mathesius.*
 tionis Bibliorum celebrare ipsum non
 puduerit, vt hac ratione memoriam hu-
 ius summi doni grata mente in familia
 sua conseruaret. Sed bone Deus quàm
 nos longè ab hac gratitudine absumus?
 Verissimam enim esse quærelam Domini
 Michaëlis Neandri fatendum est. Ple- *Michael*
 riq; etiam, inquit, illi qui professione su- *Neander:*
 mus Theologi, omnibus rebus plus ocij,
 studij

studij, temporis ac laboris, quam huius
lectioni assiduè tribuimus, ita vt de cen-
tum Theologis vix vnum inuenias, qui
in vita semel Biblia tota attentè perlegat:
De mille non vnum, qui tota intelligat.
De decies mille nullum, qui eo studio
singula in ijs examinet, trutinè, ac per-
pendat, quo pleriq; plana nobis facimus,
quæ obscura & difficilia sunt in Homero,
Pindaro, Ouidio, Virgilio, Dioscoride,
vbi apices, syllabæ, ac voces singulæ ex-
actissima diligentia ponderantur. Hunc
inuersum ordinem nos, qui Theologi &
Christiani haberi & censi volumus, de-
testantes. Sequamur præceptum Chri-
sti, iubentis, assiduè legere & scrutari
scripturas &c.

Iohan. 5.

*D. Ioachi-
mus Morli-
nus.*

De posteriori beneficio adscribam
testimonium clarissimi Theologi, & con-
stantissimi & fidelissimi D. Lutheri di-
scipuli, nimirum D. IOACHIMI
MORLINI, is sic habet in Præfatione
Quæstionum suarum Catechetiarum:

*Ich bringe E. F. G. den allerhö-
hesten Schatz so auff Erden ist / Denn
er ist ja nicht mein / sondern des heili-
gen Geistes / vnd seine ganze Bibel / in
welcher das heilige schöne Organon /
vnd*

vnd fromme Bienlein D. Martinus
 seliger / als in dem Paradeis Gottes /
 aus allen Kößlein vnd lieblichen blüm-
 lein / das edle heilsame Honig zusamen
 getragen / vnd in das kleine Gefehlein /
 vnd wie es sich für der Welt lest anse-
 hen / geringe Büchlein / den kleinen Ca-
 techisimum eingethan / damit einfeltige
 fromme Leute vnd Kinderlein / das ist
 die rechten Christen / Matth. 18. alles in
 so schönen kurzen Worten desto leicht-
 licher fassen / vnd den ewigen vnuergen-
 glichen Schatz können behalten.

NB.

Vnd ist mir dasselbige so ein lie-
 bes / gros / vnd edles Buch in meinem
 Herzen / das ich nicht gedencen könnte /
 wenn vns der liebe Gott gleich auff
 Erden nichts mehr durch den grossen
 vnd heiligen thewren Propheten gege-
 ben / wie wirs ihm gnugsam dancken
 köndten. Man nehme den Catechis-
 mum aus der Bibel / was wollen wir
 darinne behalten? So ist doch alles so
 kurz gefasset / das es nicht möglich / et-
 was

NB.

was dauon zunehmen / vnd wiederumb
mit solchen Worten / Das ich schier
nicht glauben kan / das D. Martinus
dabey gewesen / da es geschrieben / vnd
zusammen getragen / Sondern glu-
be / der heilige Geist habe ihm die Hand
vnd Feder / ohne einige Menschliche
gedancken / geführet / Denn da ist kein
Wort / ja schier keine Syllaben vnd
Buchstaben / es gibt vnd weist einen
solchen hohen gedancken / das ich teg-
lich darüber zulerne habe / vnd leider
noch ein armes einfeltiges Schülerchen
darinne bin. Wolt Gott / das ich mö-
chte / wie er offte selbst bey seinem leben
in diesem elend vnd Jammerthal ge-
wünscht / nur nicht mehr / denn ein
einfeltiger Catechismus Prediger sein /
vnd bleiben / ach wie wolte ich meine
zeit vnd dienst so herrlich wol haben an-
gelegt. Hactenus D. Morlinus.

D. Heshu-
sius.

Adijciam quoque hoc in loco de Ca-
techismo D. Lutheri testimonium claris-
simi viri & Theologi D. Tilemanni Hes-
husij, is in præfatione Quæstionum Ca-
teche-

retheticearum Magistri Tetelbachij in
hunc modum scribit:

Es müssen nicht allein die Gott-
fürchtigen / sondern auch die Kotten
selbs bekennen / das der kleine Catechis-
mus Lutheri den preis für allen hat / als
der auff's kürzeste / ründest vnd einfel-
tigit gestellet / ganz deutliche / thewre /
heilsame Wort führet / in allen Arti-
ckeln reiner gesunder Lehre ist / alle not-
wendige Hauptstücke des Christlichen
Seligmachenden Glaubens fasset /
also / das man sihet vnd spüret / wie der
Geist Gottes diesen Man D. Marti-
num Lutherum sonderlich zu diesem
Werck / das er einen solchen heiligen
Catechismum stellen sol / beruffen / ge-
schaffen / geführet / vnd getrieben hat.
Darumb darff er auch meines lobens
nicht. Erkenne mich auch viel zu ge-
ringe vnd zuschwach darzu. Wil aber
jemandt gleichwol gerne wissen / was
ich von dem lieben Catechismo Luthert
halte / so sage ich vnuerholen / das mehr
Geistes /

Geistes / höhere Lehre / reicher Trost /
richtiger erklerung / vnd stercker grund
aller Artickel des Christlichen Glau-
bens / im kleinen Catechismo Lutheri
zufinden / denn in viel Hundert gröf-
fern Büchern vnd Tomis der Alten
Lehrer der Kirchen / so man Patres
nennet / nim gleich für dich wenn du
wilt / auch die am negsten nach den A-
posteln gelebet vnd geschrieben / vnd
diese meine gedanken zubeweisen / solte
mir G^ott lob nicht fast schwer sein /
aber hie von vnnöten.

Recitavi quæ & quanta Deus no-
bis beneficia per D. Martinum Lutherum
præstiterit. Data verò opera meis ver-
bis, quæ fortè reprehendi, aut planè re-
ijci poterant in hac tam ardua materia,
vti nolui, sed clarissimorum quorundam
Theologorum, quorum nostro seculo
semper fuit, & est magna apud omnes
rectè sentientes authoritas, & maior erit
apud posteritatem, si qua tamen futura
est, testimonia adscribere volui, non quod
existimem artis esse aliorum dicta trans-
scribere, eaq; pro suis vsurpare, alienisq;
plumis

plumis se ornare: Sed vt autoritas & sententia
 tantorum virorū, pudorem extorqueret leuibus
 & impudentibus zoilis & sciolis, qui dum, alijs
 ingratitude erga præceptores perpetuò ob-
 gannunt, ipsi nefaria & scelerata ingratitude
 virum Dei, præceptorem suum summum, eiusq̃
 sanctissimos labores carpere, & ignominiosis
 appellationibus traducere non verentur. Dein-
 de vt auditis tot grauissimorum virorum sen-
 tentijs à primis statim annis, adolescentes scri-
 pta Lutheri magnificare & admirari discant,
 eaq̃ quacunq̃ oblata occasione diligenter le-
 gant, atq̃ illos in pietate non parum profecisse
 sciant, quibus Lutheri monumenta æterna me-
 moria dignissima vehementer placuerint, nec
 audiant, imò cané & angue peius oderint ac
 fugiant impios illos & effrontes homines, qui
 allegantibus aut horitatē Lutheri incontrouer-
 sijs religionis obscæno ore summa cum leuitate
 & impudentia obijcere non verentur: Vos de-
 mum adorabitis stercora Lutheri, istos enim in-
 gratos cuculos Deus grauiter puniet. Ego sanè
 de me verū vt fatear licet vix extremis, vt aiunt,
 labijs libros Lutheri degustare cœperim, intel-
 ligo tamen, & magna cum admiratione indies
 experior, singula eius verba singulas sententias
 & doctrinas continere. Et hoc scio ac certus
 sum, Lutherum maiorem esse (vt cum D. D.
 Morlino loquar) omnium hominum opinione,
 cum mirari possum, sed nec lingua nec calamo

E

altitu-

altitudinem vel amplitudinem huius diuini organi quasi per umbram exprimere, Ideoque vicem meam valde doleo, quod non citius ad diligentem huius viri librorum lectionem adhibitus fuerim. Et denique prolixius hæc testimonia huic narrationi inferere volui, vt animos piorum, qui hæc fortassis lecturi sunt, vel hac saltem ratione ad gratitudinem cum erga Lutherum, tum verò maximè erga Deum ipsum pro hisce summis exhibitis beneficijs exuscitarem.

v. Etsi enim & nos horum summorum beneficiorum, quæ Deus per hunc Heröem nobis exhibuit, gratam memoriam assiduè nobiscum circumferre, & gratitudinem animi nostri non tantum erga Lutherum, sed præcipuè erga Deum ipsum, vero huius doctrinæ amore, fide constanti, spe firma, oratione seria, dilectione Dei & proximi ardente, totius vitæ sanctitate, morum integritate, omniumque virtutum exemplis tanquam filij lucis, omnibus tenebrarum operibus procul remotis & sepositis, in luce ambulantes, declarare debebamus singuli: Si quis tamen præsens hoc nostrum seculum, eiusque corruptissimos mores paulò accuratius inspexerit, atque considerauerit, ne homines ille, si non peiores & magis ingratos Israëlitis, illis tamen tam similes, vt nec ouum ouo, quod aiunt, nec lac lacti magis simile esse queat, manifestè prohdolor, deprehendet. Ex decem vix vnum inuenire licet, qui pro hac liberatione existis-

simas

fima Antichristi seruitute, & captiuitate verè
 Babylonica, & luce verbi diuini mirabiliter ac-
 censa & restituta gratias agat, & pro eiusdem
 conseruatione preces ad Deum seriò fundat: vel
 qui vitæ morumq; integritate animi sui gratitu-
 dinem declaret. Omnis enim generis peccata
 ad summum peruenere, ita vt nullum ferè tam
 atrox & horrendum cogitari possit delictum &
 flagitiũ, cuius non innumera apud nos quotidie
 exempla deprehendantur. Nullus est timor
 Dei, nulla est dilectio, maledictum & menda-
 cium, homicidium, furtum, & adulterium inun-
 dauerunt, iniquitas superabundauit, de malo
 ad malum homines sunt egressi, & in malitia
 sua gloriantur, vt cum scriptura loquar, vtq;
 vno verbo dicam:

Exulat à vulgo cum probitate fides.

Doctrinæ depositum à Luthero quasi per manus
 nobis traditum, ipsiusq; Lutheri nomen, hoc
 nostro exulceratissimo seculo, multis qui ta-
 men egregij ipsius discipuli videri volunt, adeò
 fordet, vt licet expressè & quasi in faciem non
 audeant ipsum reprehendere, multò minus do-
 ctrinam eius condemnare: clàm tamen a cõis
 cuniculis per latus aliorum, jugulum ipsius pe-
 tentes, pleno ore & buccis id ipsum, quo autem
 jure videant ipsi, facere non verentur. Res patet
 exemplis. Exempla verò cum sint odiosa, ideo
 hanc querelam abrumpere libet. Ne quid verò
 ad summam nostri seculi ingratitude deesse

videatur, plurimos passim inuenias, quibus ipso Papatus nomine nihil est dulcius, quicquid omnium Pontificiæ Tyrannidis & cæcitatibus jam dudum prorsus obliti, nihil magis expetunt & expectant, quam ut jugum illud Pontificium de nuò ceruicibus nostris imponatur, & Papatus omnibus suis numeris absolutissimus restituitur. Hoc illis vnicum est curæ, hoc dies & noctes desiderant anxie, omnemque vim & conatus suos in perniciem nostræ, & restitutionem Papisticæ doctrinæ parant & meditantur. Et sanè si hisce ipsorum votis, quod tamen pro sua bonitate Deus clementer auertere dignetur, responderet euentus, tum demum fore sese ex omni parte beatos, aureumque illud, de quo fabulantur Poëtæ seculum ad nos rediturum falso sibi somniant, O seculum, ô mores, ô deplorandam & detestandam nostræ gentis ingratitude. Certum est Ethnicos in ipso die extremi iudicij glorioso, & resurrecturos, & hanc dictu fœdam, auditu verò horrendam nostri temporis hominum ingratitude ad orbem usque damnaturos esse.

VI. Si quis verò miretur, & causas huius tam nefandæ ingratitude quærat, is legendo saltem consideret quæ, supra de Israëlitarum ingratitude dicta sunt. Quod si omnia iuxta animi nostri sententiam felici & prospero successu, quod ad corporalia & caduca huius vitæ bona, fluerent, nemo fortassis esset, qui de restituen-

stituendo Papatu vel hiscere, vel mutire saltem
 auderet. Quia verò hæc verbi lux assiduum
 comitem habet sanctam crucem, & persecutio-
 nes varias: Et in regno Pontificiorum, Satana
 suum atrium possidente, maiorem tranquillita-
 tem, & feliciorum successum, quo ad corporalia
 & caduca huius vitæ bona, isti fuisse putant:
 Ideò etiam tam anxie Papatum restitui anhe-
 lant, nequid ipsis quod ad benè lauteq; viuen-
 dum requiritur, fortè decedat, etiam si interim
 iniquissima vitæ conditio subeunda lucis diuinę
 amissio, salutisq; æternæ perpetua jactura faci-
 enda sit.

Deinde etsi maiores nostri, qui partem ali-
 quam Tyrannidis Pontificiæ & viderunt & su-
 stinuerunt, grata mente hanc diuinitus per Lu-
 therum factam liberationem celebrârint: tamen
 cum huius nostræ ætatis homines Tyrannidem,
 & densissimas Antichristi tenebras non vide-
 rint, imò nec primis, quod aiunt, labris degu-
 stârint, difficulter admodum illi, tantas tamq;
 horrendas doctrinæ deprauationes, tam abo-
 minandas blasphemias, tamq; execrandam Ty-
 rannidem superioribus temporibus fuisse per-
 suaderi possunt. Et si quando à maioribus isti-
 usmodi abominationes desolationum narran-
 tur, perinde illis est, ac si fabulam quandam le-
 pidam, vel figmentum aliquod Poëticum reci-
 tari audirent.

Cum igitur talis & tam peruersus sit nostri

seculi status, quid mirum est si atrocissima & grauissima quæque pœnarum genera, annonæ caritas, agrorum sterilitas, fluiorum eruptiones, & exundationes, aëris tempestates noxiæ, grandines, morborum & quidem inauditorum genera varia, pestes, bella funesta & cruenta, vastationes templorum & scholarum, ruinæ & mutationes periculosa vrbium & imperiorum, amissio doctrinæ cœlestis, & multa alia longè tristiora mala subsequantur.

Quapropter vt & memoriam gratam summorum beneficiorum cœlitus per Lutherum in nos collatorum conseruare, & quæ sub Romano Antichristo Regis & Tyrannis, tenebræ, fraudes & imposturæ, fuerint, posteris nostris narrando communicare, & ad oculum demonstrare possimus, valdè prodest diuina monumenta beati Lutheri diligenter asseruare, eaque assiduè nocturna & diurna voluere & reuoluere manu.

Reuerendus & doctissimus vir Dominus M. CONRADVS PORTA Ecclesiæ Islebien-
sis minister fidelissimus, & Lutheri discipulus constantissimus, amicus & frater noster reuerenter colendus, beatæ memoriæ, causas recitat in oratione quadam potissimum sex, propter quas scripta Lutheri assiduè legenda sint. Prima, quod à Doctore diuinitus excitato & vocato, & à Spiritu sancto impulso & agitato edita sint. Secunda, quod omnia capita doctrinæ Christi-
anæ

anæ singulari dexteritate tradant, & consolati-
 ones efficacissimas contineant. Tertia, quod
 verbis proprijs & selectissimis ordine o-
 ptimo, de rebus propositis dicant. Quarta, quod
 omnium nostri temporis doctorum & scripto-
 rum libros & commentaria autoritatis pondere
 & vtilitatis vbertate superent. Quinta quod mi-
 raculosè tam autor quàm scripta, in summis &
 grauissimis periculis conseruata sint. Sexta,
 quod singulari & admiranda constantia asserta
 & vindicata sint. Hisce sex causis non imme-
 ritò addi potest & hæc septima, videlicet, scrip-
 ta Lutheri diligenter evoluenda esse, vt ex ijs
 integram totius Papatus Idæam mente & ani-
 mo amplecti, & ad posteros quasi per manus
 transmittere queamus. Sed quoniam longius
 hæc narratiuncula quam vel institueram, vel co-
 gitâram excurrit, ipsa rerum tractatione eam
 offerente & flagitante, ideo Epilogi vice arden-
 tissimis votis & veris pectoris mei gemitibus
 oro æternum Patrem Domini nostri Iesu Chri-
 sti, vt per & propter Filium suum vnicum *υιου*
του υουι ιησου nostrum, suo Spiritu gratiæ &
 precum nos omnes & singulos in hac diuinitus
 per Lutherum reuelata luce verbi sui clementer
 conseruare, & tandem ex hac miseriarum valle
 ad se in cœlum recipere non dedignetur,
 Amen.

DIXI.


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


H
H

D
S
ty

n
E
l

DIXI





In christen
Zar uahpich u
wundung eius
uenerung den

Und nimen dar
aber sprechen
hieser was
und die and
und richte
haben
Zuber sage mit

in dem
solche dinge
erfahren haben
Zinder and
Gott das
nimm die
und wol
des Landes
thum aber
reicht

Handwritten marginal notes or a list of numbers, possibly serving as a table of contents or index, located on the right edge of the page.



1

Th
1387